155

CIRCULAIRE

AU CLERGÉ DU DIOCÈSE DE MONTRÉAL.

MONTREAL, 12 MAI 1842.

MONSIEUR,

Pour que vous ne soyez pas embarrassé sur les pouvoirs que vous pourrez exercer pendant le Jubilé, je vous adresse une copie des instructions que je viens de recevoir de Rome. Je crois devoir vous faire remarquer en vous communiquant ce rescrit, que j'ayant reçu hier, le Jubilé ne pourra se faire après le 11 novembre prochain. J'en ai annoncé néanmoins la clôture le 6 novembre, pour qu'elle se fit le dimanche.

FACULTATES
A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
GREGORIO PP. XVI.
CONCESSÆ

Sacerdotibus Sacramenti Poenitentiae administris tempore Jubilaei, quod per Apostolicas litteras die 22. Februarii anno 1842, editas a Sanctitate Sua indictum est.

Sanctitas Sua declaravit, omnes cujusque Diœceseos pœnitentiæ Sacramenti administros, hoc tempore Jubilæi, iis facultatibus uti posse, quas de Apostolicæ Suæ potestatis plenitudine Romæ concessit, et sunt quæ sequuntur.

Et primo, omnibus utriusque sexus, et cujusque conditionis, et Instituti etiam religiosi Christi fidelibus facultatem concedit, sibi eligendi quemlibet Presbyterum confessarium Sæcularem, vel cujusque Ordinis Regularem ex approbatis in propria Diœcesi. Confessariis vero hac vice dumtaxat, amplam tribuit facultatem absolvendi Christi fideles, eosque liberandi in foro conscientiæ ab omni excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiâ, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, ac pœnis a Sacris Canonibus, et Judicibus, quâvis occasione, et causa latis, atque ab omnibus peccatis, licet gravibus, et enormibus, etiam quovis modo Ordinariis locorum, vel Summo Pontifici, aut Apostolicæ Sedi reservatis, ex quacumque Constitutione Sanctitatis Suæ, vel aliorum Romanorum Pontificum ejus Prædecessorum, quæ speciali quoque mentione indigeret, ne excepta quidem hæretico dogmatizante, vel illo, qui sui delicti complices habet non tamen in re turpi. Præterea iisdem Confessariis facultatem impertitur, commutandi quæcumque vota exceptis tamen semper votis Castitatis perpetuæ, et Religionis, in alia pia opera, ita tamen ut salutaris poenitentia, vel aliud in omnibus expressis casibus imponatur pro cujusque Confessarii arbitrio.

Verum Sanctitas Sua neque dispensat, neque concedit facultatem dispensandi, vel habilitandi, et restituendi ad pristinum statum, etiam in foro conscientiæ, super aliqua publica, vel occulta irregularitate, aut nota, defectu, et, uti dicunt, incapacitate, inhabilitate, quovis modo ex defectu contracta.

Insuper declarat, hujusmodi Jubilæum, neque posse, neque debere suffragari iis, qui à Summo Pontifice, vel ab Apostolica Sede, vel ab aliquo Præsule, aut Judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, vel denuntiati, nisi intra hujusmodi Jubilæi tempus, partibus satisfecerint, vel cum ipsis concordiam inierint.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI
Die 25. *Martii* 1842.

Cum in vastissimis regionibus, quarum ecclesiastica negotia Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando præpositum moderatur, evenire plerumque possit, ut propter locorum amplitudinem, ac difficultates, et ob Sacerdotum, qui in iisdem sacro ministerio funguntur, inopiam; tam salutari Indulgentiæ Plenariæ in forma Jubilæi beneficio, quod SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER GREGORIUS PAPA XVI. litteris Apostolicis, quarum initium est *Catholicæ Religionis causa* die 22 Februarii anno 1842, editis largitus fuit, Fideles careant, nisi Apostolica auctoritate iisdem subveniatur; Sanctitas Sua, referente me infrascripto ejusdem Sacri Consilii Secretario hæc benigne statuere, ac concedere dignata est. Videlicet I. Concessit omnibus Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis, Episcopis, Vicariis Apostolicis, Præfectis, ac Superioribus Missionum facultatem, ut ad Sex menses a die hujus rescripti receptionis computandos, prorogare possint temporis spatium in memoratis literis Apostolicis statutum ad Indulgentiæ Plenariæ, seu Jubilæi consequutionem. II. Ut, dispensando super peragendis injunctis visitationibus alicujus templi, atque interventu ad preces fundendas in aliqua Ecclesia, quam secundum eas litteras Apostolicas, Ordinarii locorum designare debuissent; possint Confessarii in Sacramenti Pœnitentiæ administratione, injuncta opera immutare, atque alias preces, seu pia opera, pro eorumdem arbitrio, ac judicio statuere, quibus absolutis, Fideles Jubilæum lucrabuntur veluti si præscripta in litteris illis Apostolicis opera penitùs implevissent; dummodo tamen, durante Jubilæi tempore, sacramentali confessione rite expiati, ac Sanctissimâ Eucharistiâ refecti, ad mentem Sanctitatis Suæ Deum oraverint. III. Declaravit SSmus Dominus Noster, omnes, et singulas facultates, quas pro hujus Jubilæi tempore Confessariis ab initio impertitus est, toto etiam prorogationis tempore esse duraturas.

Datum Romæ ex Ædibus S. Congregationis de Propaganda Fide die et anno, quo supra.

IGNATIUS *archiepiscopus edessenus sacri consilii secretarius.*

Je profite de l'occasion qui se présente pour vous informer que la Retraite Pastorale se fera cette année, au lieu ordinaire, et commencera le 24 août à quatre heures et se terminera le vendredi 2 septembre au matin. Vous voudrez bien vous pourvoir des petits objets, qui vous seront nécessaires, comme ces années dernières.

J'ai appris que le Séminaire n'a rien voulu recevoir pour la pension des prêtres, pendant les deux retraites pastorales qui ont eu lieu jusqu'ici. Je sais que cela vous gêne, et que vous préféreriez payer votre pension. Le moyen de tout concilier est celui-ci. Vous pourrez donner à mon Secrétaire pour aider à payer la pension de quelques ecclésiastiques pauvres, ce que vous jugerez équivaloir au montant de la dépense que vous ferez. M.

Lagorce

gardera votre paroisse avec les pouvoirs de desservant et celui de biner le dimanche. Ceux qui garderont les cures sont invités à venir se recueillir à St. Jacques où l'on fera quelques exercices de retraite depuis le 14 septembre prochain jusqu'au 23 du même mois.

Si quelques-uns de ceux qui sont invités à la retraite prévoyaient qu'ils ne pûssent pas y venir, ils sont priés d'en donner d'avance avis à l'Evêché afin que l'on pourvoie aux changemens que leur absence occasionnerait.

Je suis bien sincèrement,

Monsieur,

Votre très-humble et obéissant Serviteur,

✠ IG. Ev. DE MONTRÉAL.

(*Pour copie.*)

A. F. Truteau Ch. Sec.